PJ 4563
.R67

THE LIBRARY OF CONGRESS
1800

Rossi, Giovanni Bernardo de.

SYNOPSIS

INSTITUTIONUM

HEBRAICARUM.

EDIDIT

JOH. BERN. DE-ROSSI

LING. OR. PROF.

PARMAE.

EX IMPERIALI TYPOGRAPHEO

MDCCCVII.

1807

PJ4563
.R67

BHII 4126177

SYNOPSIS

HEBR. INSTITUTIONUM.

SECTIO I.

DE LITTERIS ET PUNCTIS.

1. Litterae sunt alef א spiritus lenis, beth ב *v*, בּ *b*, ghimel ג *g*, daleth ד *d*, he ה *h*, vav ו *v*, zain ז *z*, chet ח *ch*, teth ט *t*, jod י *j*, caf כ *c*, lamed ל *l*, mem מ *m*, nun נ *n*, samech ס *s*, ain ע *h* vel *ñh*, pe פ *f*, פּ *p*, tzade צ *tz*, kof ק *k*, resc ר *r*, scin שׁ *sc*, sin שׂ *s*, tav ת *th* vel *d* juxta hebraeos italos, תּ *t*.

2. Ex his quinque formam mutant in fine, caf ך, mem ם, nun ן, pe ף, tzade ץ. Quaedam dilatantur א ה ל ם ת, ut linea impleatur quae non absolvitur voce divisa. Quaedam figura similes caute distinguendae.

3. Puncta vocalia sunt XIV, quinque longa, kametz אָ *a*, tzere אֵ *e*, chirek longum אִי *i*, cholem אֹ *o*, surek אוּ *u*; quinque brevia, patach אַ *a*, segol אֶ *e*, chirek breve אִ *i*, kametz chatuf אָ *o*, kibbutz אֻ *u*; et quatuor brevissima, sceva simplex אְ *e*, et triplex sceva compositum, chatef patach אֲ *a*, chatef segol אֱ *e*, chatef kametz אֳ *o*.

4. Quod ad legendi rationem spectat, primum legitur a dextera ad sinistram littera, dein punctum, unico excepto patach, quod ח et ע in fine dictionis post tzere, chirek longum, cholem et surek ad faciliorem pronunciationem assumunt, et furtim ante eas pronunciatur, ut מְשַׂמֵּחַ *mesammèach, laetificans*, יַשְׁמִיעַ *jascmìah, audire faciet*.

5. Nota etiam vav non legi, vel quiescere, quum habet cholem vel surek, nec jod post kametz sequente vav pronunciabili, tzere et segol, ut דְּבָרָיו *devaràv, verba ejus*, מַלְכֵי *malchè, reges*, אֱלֹהֵיהֶ *elohè-*

cha, *Deus tuus*. Jod chirek longi aliquando omittitur, saepeque unico puncto cholem et nota diacritica scin vel sin indicantur.

6. Sceva simplex legitur in principio dictionis, sub littera puncto daghes ornata, post alterum sceva, post vocalem longam, mutum est post vocalem brevem, post vav surek initiale, interdum post longam, quae habeat accentum, et in fine dictionis, etiam geminum.

7. Punctum illud litterarum ventri inscriptum dicitur daghes. Hoc est lene vel forte. Lene inscribi solet litteris בגדכפת initio dictionis, vel in medio ac fine post sceva quiescens, et ab iis aspirationem tollit, forte litteris omnibus, exceptis gutturalibus אהחע et ר, easque geminat. Est autem forte, quoties sceva non praecedit.

8. A daghes distinguendum mappik, quod ה in fine dictionis et י post chirek suscipiunt, eaque non quiescere indicat, sed suo sono efferenda.

9. Accentuum, qui multi sunt ac multiplicis figurae, duplex est officium. Tonum figunt in ultima vel penultima, et interpunctioni inserviunt. Postremum hoc praestant potissimum silluk ׀ֽ, quod periodum, et athnach ׀ֽ, quod membrum absolvit.

10. Makaf est lineola quae binas voces simul connectit, sublato prioris accentu, mutatoque plerumque tzere et cholem in breves, ut אֶל־מָקוֹם *ad locum*, כָּל־הָאָרֶץ *omnis terra*.

11. Kametz sine accentu ante sceva et daghes forte, vel ultimae syllabae ante consonam quae legitur, est semper breve, ut חָכְמָה *chochmà*, חָנֵנִי *chonnèni*, וַיָּקָם *vajàkom*.

SECTIO II.

DE NOMINE.

1. In nomine haec spectanda, casus, genus, numerus, regimen, affixa. Sed varia haec accidentia vel formae variam punctorum vel litterarum mutationem injiciunt.

2. Si ab initio concurrat duplex sceva quod non consistit, primum vertitur in chirek, vel patach vel segol, ut לְמַלָכִים *regibus*. Si alterum fuerit sub jod, tollitur, ut בְּיִמֵי *in diebus*.

3. Litterae gutturales pro sceva simplici accipiunt compositum. Si praecedat simplex, hoc vertitur in brevem compositi, ut לַאדֹנָי *Domino*. Si sequatur, compositum resolvitur in simplex vel in suam brevem, ut תַּהַרְגוּ *occidetis*.

4. Sed chatef patach et patach resolvuntur aliquando in patach, et chatef segol et segol in tzere, ut בַּאדֹנָי *in Domino*, לֵאמוֹר *dicendo*.

5. Daghes forte ex gutturalibus et ר exclusum praecedentem brevem in longam convertit, patach in kametz, chirek in tzere, kibbutz in surek vel cholem, ut מֵאֵל *a Deo*.

6. Ita accentus saepe patach et segol in kametz mutat, ut חָסֶד *benignitas*, si trajicitur, tzere et cholem mutat in breves oppositas, ut וַיֹּאמֶר *et dixit*, sceva ve-

ro penult. vel in segol, ut דְּבָרְךָ *verbum tuum*, מְרִי *rebellio*, vel in longam analogam, אֲנִי *ego*, יְפִי *pulchritudo*.

7. Casus nominativus, accusativus, vocativus, indicantur per ipsum nomen, genitivus per regimen, raro per לְ, dativus per לְ praefixum cum sceva, accusativus saepe per particulam אֵת, ablativus per praepositionem מִן vel מִ praefixum cum daghes in seq. Si sequatur jod cum sceva, sceva et daghes excidunt, ut מִיָּמִי *a diebus.*

8. Genera duo sunt, masculinum et femininum. Neutrum per femin. exprimunt. Ea ex lexicis et orationis contextu dignoscenda. Masculina tamen sunt nomina virorum, populorum, fluviorum et montium, feminina mulierum, urbium, regionum, et quae desinunt in ה֫ vel ת, ut אִמְרָה *dictio*, אֱמֶת *veritas*. Quaedam communia.

9. Ex masculino fit femininum assumpta syllaba ה֫, mutato kametz et tzere penultimae syllabae, et tzere ultimae, non praecedente kametz, in sceva, ut גָּדוֹל *ma-*

gnus, גְּדוֹלָה *magna*. Substantiva duplex segol mutant in duplex sceva. Terminatio ה֫ tollitur. Patronymica et numerica addunt ת.

10. Numerus triplex, singularis, pluralis, dualis. Ex singulari fit plur. masc. addito ים֫, et mutato kametz, tzere, segol penultimae in sceva, tzere ultimae non praecedente kametz in sceva, segol ultimae in kametz, ut דָּבָר *verbum*, דְּבָרִים *verba*, מֶלֶךְ *rex*, מְלָכִים *reges*. Patach et cholem, quando accentum habent in penultima, stant pro segol, et mutantur ut segol. Patach et chirek, non intercedente daghes, contrahuntur in tzere, et terminatio ה֫ abjicitur, manente praec. vocali.

11. Plurale femin. fit addito וֹת, vel mutato ה֫ in וֹת, remanente praeced. vocali, ut צְדָקָה *justitia*, צְדָקוֹת *justitiae*. Idem quae habent duplex segol, vel quae sunt formae כִּבְשָׂה.

12. Dualis masc. flectitur in ֵי֫ם, eadem vocalium et litterarum mutatione servata.

Sed nomina quae habent duplex segol, mutant in duplex sceva, ut רֶגֶל *pes*, רַגְלַיִם *pedes*. Feminina mutant ה in ת.

13. Nomen quod aliud regit in genitivo, dicitur esse in statu regiminis, vel constructo. Quod non regit, in statu absoluto. Quod regit, hanc patitur mutationem. Kametz penultimae transit in sceva, ultimae in patach, tzere penult. in sceva, ultimae praecedente kametz in patach, patach et chirek contrahuntur in tzere, terminatio ה֫ mutatur in ה֬, ut צְדָקָה *justitia*, צִדְקַת מֶלֶךְ *justitia regis*, דְּבָרִים *verba*, דִּבְרֵי אֱלֹהִים *verba Dei*.

SECTIO III.

DE PRONOMINE.

1. Pronomina sunt אֲנִי *ego*, אַתָּה vel f. אַתְּ *tu*, הוּא *ille*, הִיא *illa*, pl. אֲנַחְנוּ *nos*, אַתֶּם, f. אַתֶּן *vos*, הֵם *illi*, הֵן *illae*.

2. Ex his formantur affixa, quae fini vocum adhaerent et possessivis respondent, ut a דָּבָר *verbum* est דְּבָרִי *verbum*

meum, דְּבָרְךָ *verbum tuum*, דְּבָרֵךְ *verbum tuum* f., דְּבָרוֹ *verbum ejus*, דְּבָרָהּ *verbum ejus* f., דְּבָרָם *verbum eorum*, דְּבָרָן *verbum earum*, דְּבָרֵנוּ *verbum nostrum*, דְּבַרְכֶם et f. דְּבַרְכֶן *verbum vestrum*.

3. A pl. דְּבָרִים fit דְּבָרַי *verba mea*, דְּבָרֶיךָ *tua*, דְּבָרַיִךְ *tua* f., דְּבָרָיו *ejus*, דְּבָרֶיהָ *ejus* f., דְּבָרֵיהֶם *eorum*, דְּבָרֵיהֶן *earum*, דְּבָרֵינוּ *nostra*, דְּבָרֵיכֶם vel דְּבָרֵיכֶן *vestra*.

4. Terminatio ים, ם, ן, et ה abjicitur, feminina autem ה mutant in ת, ut תּוֹרָתִי *lex mea*. Kametz penultimae, exceptis masculinis plur., et tzere penult. mutantur in sceva. Patach et cholem cum accentu in penultima et nomina quinque vel sex punctorum, mutantur et ipsa ut segol in duplex sceva.

5. Chirek in forma פְּרִי vertitur in sceva, patach et chirek contrahuntur in tzere, et quatuor affixa כֶם כֶן הֶם הֶן et feminina plur. affiguntur formae nominis constructae, unde et constructa appellantur. Aliquando pro הָ.. est כִּי, pro הוֹ et pro מוֹ ם.

6. Sic per praefixa signa indicantur casus pronominum, dat. לִי, לָנוּ, לְךָ, לָךְ, לָכֶם, לָכֶן, לָהֶם, לָהֶן, acc. אוֹתִי, אוֹתָנוּ, אוֹתְךָ, אוֹתָךְ, אֶתְכֶם, אֶתְכֶן, אוֹתוֹ, אוֹתָהּ, אוֹתָם, אוֹתָן, abl. מִמֶּנִּי, מִמֶּנּוּ, מִמְּךָ, מִמֵּךְ, מִמְּכֶם, מִמְּכֶן, מִמֶּנּוּ, מִמֶּנָּה, מֵהֶם, מֵהֶן.

7. Demonstrativa sunt זֶה *hic*, *iste*, זֹאת *haec*, *ista*, אֵלֶּה, אֵל *hi*, *isti*, interrogativum מִי *quis*, מָה *quid*, relativum אֲשֶׁר *qui*, *quae*, *quod*, vel שֶׁ praefixum cum daghes in seq.

8. Huc referendus articulus demonstrativus, qui est ה nomini praefixum cum patach et daghes in sequenti, ut הַמֶּלֶךְ *il re*. Nota tamen ante gutturales kametz instructas eum segol requirere, ac nominibus propriis, constructis, affixis non praefigi.

9. Ex subjecta tabula quae varias nominum mutationes pro vario eorum statu uno intuitu exhibet, patet eas esse perpaucas ac regulares, eoque reduci, ut crescente sub finem voce, ea sub initium corripiatur, et vocales longae in brevissimas mutentur.

SECTIO IV.

TABULA MUTATIONUM VOCALIUM AC LITTER. IN VARIO NOMINIS STATU.

		Fem.	Plur.	Constr.	Affix.
Kametz	penultimae (exceptis in affix. pl. masc.) . . .	:	:	:	:
	ultimae			–	
Tzere	penultimae (in constr. seq. ר) . .	:	:	:	:
	ultimae non praeced. ר (in constr. praec. ר) .	:	:	–	:
Segol Patach et Cholem pro segol	penultimae . .	:	:		:
	ultimae.	:	ר		:
Patach et chirek non intercedente daghes.			..	..	..
Chirek in nominibus formae פִּרִי					:
Terminatio ה non mutata praec. vocali . .		tollitur	tollitur	ה	tollitur
Terminatio ה ר, ת , . .			tollitur	ת	ת
Terminatio ים. et יִם_ .				י	tollitur

SECTIO V.

DE VERBO, AC PRIMUM DE PERFECTO.

1. Verba fere omnia tribus radicalibus litteris constant. Si earum nulla in conjugando deficit vel quiescit, dicuntur perfecta, si ulla deficit vel quiescit, imperfecta. Quiescentes litterae sunt אהוי.

2. Conjugationes sunt septem, kal, niphal, pihel, puhal, hiphil, hophal, hithpahel. Pro varia conjugatione verbum varias habet significationes ex lexicis petendas. Sed kal plerumque actionem simplicem denotat, pihel et hiphil intensam vel duplicem, postrema reciprocam, reliquae passivam.

3. Forma kal est simplex, niphal נ vel expressum vel per daghes compensatum, pihel et puhal daghes in media radicali, hiphil et hophal ה, hithp. הת, ac vocalia cuique analoga. Flexio personarum plerumque ex pronominibus est hausta.

4. Tempora tria, praeteritum, participium, futurum, modi duo, infinitivus et imperativus. Indicativum per participium indicant, vel futurum. Participium duplex est, activum dictum benonì, et passivum pahul. Imperativus idem est cum infinitivo, idem et futurum additis litteris אתין.

5. Prima conj. kal verbi perfecti פָּקַד *visitavit*, quod a 3 persona ac radice ipsa incipit. Praet. פָּקַד, פָּקַדְתָּ, פָּקַדְתִּי, pl. פָּקְדוּ, פְּקַדְתֶּם, פָּקַדְנוּ, fem. פָּקַדְתְּ, פָּקַדְתֶּן, participium act. פֹּקֵד, פֹּקְדִים, f. פֹּקֶדֶת vel פֹּקְדָה, פֹּקְדוֹת, pass. פָּקוּד, פְּקוּדִים, fem. פְּקוּדָה, פְּקוּדוֹת.

6. Infinit. פְּקוֹד vel פָּקוֹד, imper. פְּקוֹד, פִּקְדִי, fem. פִּקְדָנָה, futurum אֶפְקוֹד, תִּפְקוֹד, יִפְקוֹד, pl. נִפְקוֹד, תִּפְקְדוּ, יִפְקְדוּ, fem. תִּפְקוֹדְנָה, תִּפְקוֹד, תִּפְקֹדְנָה.

7. Conjug. passiva niphal נִפְקַד *visitatus est*. Praet. נִפְקַד, נִפְקַדְתָּ, נִפְקַדְתִּי, pl. נִפְקְדוּ, נִפְקַדְתֶּם, נִפְקַדְנוּ, f. נִפְקְדָה, נִפְקַדְתְּ, נִפְקַדְתֶּן, participium נִפְקָד, נִפְקָדִים, נִפְקָדָה,

vel הִפָּקְדוּת, נִפְקָדוֹת, infinit. הִפָּקֵד, imper. הִפָּקֵד, הִפָּקְדִי, fem. הִפָּקְדָנָה, fut. תִּפָּקֵד, אֶפָּקֵד etc.

8. Conjug. pihel פִּקֵּד *recensuit*. Praet. פִּקַּדְתָּ, פִּקֵּד etc., partic. מְפַקֵּד, infin. פַּקֵּד, imp. idem, fut. תְּפַקֵּד, אֲפַקֵּד. Puhal פֻּקַּד *recensitus est*. Praet. פֻּקַּד, part. מְפֻקָּד, infin. פֻּקֹּד, fut. יְפֻקַּד, אֲפֻקַּד.

9. Hiphil הִפְקִיד *praefecit*. Praet. הִפְקִיד, הִפְקַדְתָּ, pl. הִפְקִידוּ, partic. מַפְקִיד, infin. הַפְקִיד vel הַפְקֵד, imp. הַפְקִיד, הַפְקִידוּ, fut. אַפְקִיד. Hophal הָפְקַד *praefectus est*. Praet. הָפְקַד, part. מָפְקָד, fut. אָפְקַד.

10. Hithpahel הִתְפַּקֵּד *recensitus est*. Praet. הִתְפַּקֵּד, part. מִתְפַּקֵּד, infin. et imp. הִתְפַּקֵּד, fut. אֶתְפַּקֵּד.

SECTIO VI.

DE VERBIS IMPERFECTIS.

1. Deficientia bina sunt, prima nun et secunda, quae etiam geminantia dicuntur, quiescentia quatuor, prima jod, secunda vav, ultima alef, ultima he. Nota

litteram quae deficit, per daghes compensari, quae quiescit, per vocalem longam.

2. Deficientia prima נ. Kal נָגַשׁ *accessit*. Praet. et part. analoga. Infin. גֶּשֶׁת, imp. גַּשׁ, גְּשׁוּ, fut. אֶגַּשׁ, תִּגַּשׁ. Niphal praet. נִגַּשׁ, *admotus est*, part. idem. Hiphil הִגִּישׁ, part. מַגִּישׁ, inf. et imp. הַגִּישׁ, fut. אַגִּישׁ. Hophal הָגַּשׁ *admotus est*, part. מֻגָּשׁ, inf. הֻגַּשׁ, fut. אֻגַּשׁ.

3. Defic. secunda. Kal סָבַב *circuivit*. Praet. סַב, סַבּוֹתָ, סַבּוֹתְי, pl. סַבּוּ, סַבּוֹתֶם, סַבּוֹנוּ, fem. סַבָּה, סַבּוֹת, סַבּוֹתֶן, part. analogum, inf. סוֹב, imp. סוֹב, סֹבּוּ, fem. סֹבְּי, סֳבֶּינָה, fut. אָסוֹב.

4. Niphal נָסַב *circumdatus est*. Praet. נָסַב, נִסַּבּוֹתָ, part. נָסָב, נְסַבִּים, inf. הִסּוֹב, imp. הִסַּב, הִסַּבּוּ, fut. אֵסַב, תִּסַּב. Pihel, puhal, hithpahel analoga.

5. Hiphil הֵסֵב *circumduxit*. Praet. הֵסֵב, הֲסִבּוֹתָ, pl. הֲסִבּוּ, fem. הֵסְבָּה, part. מֵסֵב, מְסִבִּים, inf. הָסֵב, imp. הָסֵב, הָסֵבּוּ, fut. אָסֵב. Hophal pr. הוּסַב *circumductus est*, הוּסַבּוֹתָ, part. מוּסָב, inf. הוּסֵב vel הוּסַב, fut. אוּסַב.

6. Quiescentia prima י. Kal יָשַׁב *sedit*. Praet. et part. analoga. Inf. שֶׁבֶת, imp. שֵׁב, שְׁבוּ, fut. אֵשֵׁב. Niphal נוֹשַׁב *constitutus est*. Praet. נוֹשַׁב, part. נוֹשָׁב, inf. et imp. הִוָּשֵׁב, fut. אִוָּשֵׁב.

7. Pihel, puhal, hithpahel analoga. Hiphil הוֹשִׁיב, הוֹשַׁבְתָּ, part. מוֹשִׁיב, inf. et imp. הוֹשִׁיב vel הוֹשֵׁב, fut. אוֹשִׁיב. Hophal praet. הוּשַׁב *collocatus est*, part. מוּשָׁב, inf. הוּשֵׁב, fut. אוּשַׁב.

8. Quiesc. sec. ו vel י. Kal קוּם *surgere*. Praet. קָם, קַמְתָּ, pl. קָמוּ, part. קָם, קָמִים, pahul קוּם, קוּמִים, inf. קוּם, imp. קוּם, קוּמוּ, fut. אָקוּם. Niphal נָקוֹם *excitatus est*. Praet. נָקוֹם, נְקוֹמוֹתָ, pl. נָקוֹמוּ, part. נָקוֹם, inf. et imp. הָקוֹם, fut. אֵקוֹם.

9. Pihel קוֹמֵם *erexit*. Praet. קוֹמֵם, קוֹמַמְתָּ, part. מְקוֹמֵם, inf. et imp. קוֹמֵם, fut. אֲקוֹמֵם. Puhal praet. קוֹמַם, part. מְקוֹמָם, inf. קוֹמַם, fut. אֲקוֹמַם.

10. Hiphil הֵקִים *suscitavit*. Praet. הֵקִים, הֲקִימוֹתָ, vel הֵקַמְתָּ, part. מֵקִים, inf. הָקִים, vel הָקֵם, imp. הָקִים, fut. אָקִים. Hophal

הוּקַם, הוּקַמְתָּ, part. מוּקָם, inf. הוּקֵם, fut. אוּקַם. Hithpahel ut pihel addito הִתְ.

11. Quiesc. ult. א. Kal praet. מָצָא *invenit*, מָצָאתָ, partic. מֹוצֵא, pahul מָצוּא, inf. מָצוֹא, מְצוֹא, מְצוֹאת, imp. מְצָא, fut. אֶמְצָא. Niphal נִמְצָא *inventus est*, נִמְצֵאתָ, part. נִמְצָא, cetera analoga.

12. Pihel praet. מִצֵּא, מִצֵּאתָ, cet. analoga. Puhal מֻצָּא. Hiphil praet. הִמְצִיא *tradidit*, הִמְצֵאתָ. Hophal הָמְצָא, הָמְצֵאתָ, cetera analoga.

13. Quiesc. ult. ה. Kal גָּלָה *migravit*. Praet. גָּלָה, גָּלִיתָ, plur. גָּלוּ, part. גּוֹלֶה, גּוֹלִים, pahul גָּלוּי, גְּלוּיִם, inf. גָּלֹה, גְּלֹה, גָּלוֹת, גְּלוֹת, imp. גְּלֵה, גְּלוּ, fut. אֶגְלֶה.

14. Niphal נִגְלָה *transportatus est*. Praet. נִגְלָה, נִגְלֵיתָ, part. נִגְלֶה, נִגְלִים, inf. הִגָּלֹה vel הִגָּלוֹת, imp. הִגָּלֵה, fut. אִגָּלֶה.

15. Pihel גִּלָּה *revelavit*. Praet. גִּלָּה, גִּלִּיתָ, part. מְגַלֶּה, inf. גַּלֹּה vel גַּלּוֹת, imp. גַּלֵּה, fut. אֲגַלֶּה. Puhal גֻּלָּה *revelatus est*. Praet. גֻּלָּה, גֻּלֵּיתָ, part. מְגֻלֶּה, inf. גֻּלֹּה vel גֻּלּוֹת, fut. אֲגֻלֶּה.

16. Hiphil. Praeter. הִגְלָה *deportavit*, הִגְלִיתָ, part. מַגְלֶה, infin. הַגְלוֹת, הַגְלֵה, imp. הַגְלֵה, fut. אַגְלֶה. Hophal praet. הָגְלָה *deportatus est*, particip. מָגְלֶה, inf. הָגְלוֹ, הָגְלוֹת, fut. אָגְלֶה.

17. Hithpahel praet. הִתְגַּלָה *retexit se*, הִתְגַּלִיתָ, part. מִתְגַּלֶה, inf. הִתְגַּלוֹת, imp. הִתְגַּלֵה, fut. אֶתְגַּלֶה.

18. Dupliciter imperfecta, seu deficientia prima נ, et quiescentia ultima א, ut נָשָׂא, vel ult. ה, ut נָטָה, quiescentia prima י et ult. א, ut יָצָא, vel ult. ה, ut יָרָה, quiescentia sec. ו et ult. א, ut בּוֹא, utrorumque verborum inflexionem et anomaliam sequuntur.

SECTIO VII.

APPENDIX DE LITTERIS ET NOMINIBUS.

1. Litterae alphabeti habent et valorem numericum. Ab א ad י significant unitates, a י ad ק decades, reliquae centenaria, unitates lineola supra notatae mil-

lenaria. Ita annus judaicus decurrens erit ה תקסז 5567, noster annis 240 major א תתז 1807.

2. Quiescentes litterae, gutturales ac reliquae ejusdem organi, labiorum בומף, palati גיכק, dentium זסצרש, ac linguae דטלנת, quandoque inter se permutantur. Quae diversae nominum vel verborum structurae inserviunt, dicuntur serviles. Eae sunt אבהויכלמנשת.

3. Nomina variaeque eorum formae a verbis plerumque derivant. Ut ad suas radices revocentur, quae litteris servilibus aucta sunt, iisdem sunt spolianda.

4. In nominibus ac pronominibus occurrit interdum numeri ac generis enallage vel anomalia, forma constructa pro absoluta, absoluta pro constructa, quandoque chaldaica pro comuni. Quaedam kametz et tzere, praesertim si sint loco ejecti daghes, immutata servant.

5. Extant masculina, quae habent plur. femin. et vice versa, et quaedam pluralia

quae cum sing. verbo construuntur, et sunt significatione singularia, ut אֱלֹהִים, אֲדֹנִים.

6. אָב *pater* facit in regim. אֲבִי, in affixis אָבִי, sicque אָח *frater* et חָם *socer*. אָוֶן *iniquitas*, מָוֶת *mors*, תָּוֶךְ *medium*, in utroque statu contrahuntur in cholem, אוֹן, מוֹת, אוֹנִי, מוֹתִי. A פֶּה *os* est פִּי *os meum*.

7. Saepe ex duobus substantivis sive absolute positis, sive in regim., posterius adjectivi locum tenet. Saepe etiam adjectiva vel substantiva adhibitis nomin. בֵּן, אִישׁ, בַּעַל eleganter indicantur. Collectiva nomina pluraliter etiam construuntur.

8. Comparativa per מִן et superlativa per מְאֹד *valde*, vel per repetitionem fiunt, ut מָתָק מִדְּבָשׁ *dulcior melle*, טוֹב מְאֹד *optimus*, רַע רַע *pessimus*, שִׁיר הַשִּׁירִים *canticum excellentissimum*.

SECTIO VIII.

OBSERVATIONES DE VERBIS.

1. Verba desinunt saepe in aliam vocalem. Pro patach vel kametz occurrit

tzere vel cholem, pro cholem patach, pro chirek lungo in hiphil tzere, vel patach, pro kametz chatuf in hophal kibbutz vel vav surek. Participium proprie est nomen. Quod et infinitivum aliquando praestat.

2. Pro praesenti usurpatur participium, vel futurum, aliquando praeteritum, pro imper. saepe futurum, pro imperfecto et plusquam perfecto simplex praeteritum. Per vav conversivum praefixum praeteritum in futurum et futurum in praeteritum convertitur.

3. Optativum per futurum indicant et לוּ, subjunctivum per particulas אִם, כִּי, בַּאֲשֶׁר, gerundia per infin. et particulas בכלם, assumpta communi infin. forma per sceva. Infin. adhibetur aliquando pro finito, et verbum activum pro passivo.

4. Verba ab א incipientia habent illud in fut. quiescens in cholem, ut וַיֹּאמֶר *et dixit*. Quae desinunt in ת, seq. alio ת, syncopam patiuntur. Duo verba לָקַח, לָתַת sequuntur deficientia prima נ et ל abjiciunt·

5. Verbi נָתַן *dedit* specialis est anomalia. Habet in praet. נָתַן, נָתַתָּ, נָתַתִּי, נָתַתָּם, נָתַנוּ, נָתַתֶּם, נָתְנוּ, in inf. תֵּת, in imper. תֵּן, in futuro אֶתֵּן.

6. Ex quiescentibus prima jod octo verba jod abjectum compensant more deficientium prima nun. Ea sunt יָצַק *fudit*, יָצַר *finxit*, יָצַת, *flagravit*, יָקַק *ambivit*, יָצַג *statuit*, יָצַב *erexit*, יָצַג *collocavit*, יָצַע *stravit*. Verbum יָשַׁן *dormivit* habet in fut. אִישַׁן, et verbum יכוֹל *potuit* in futuro אוּכַל.

7. In imper. et fut. quiesc. ultima ה saepe est apocopa, ut יְגֵל pro יְגֵלֶה. In inf. et imper. hiphil quiescentium secunda vav non semel ה extruditur.

8. In hithpahel si primae radicales sunt זכצש, fit metathesis, seu transpositio ת, ac praeterea post ז mutatur ת in ד, et post צ in ט.

9. Si in personis plur. vel fem. accentus vel pausa ad penult. retrahatur, pro sceva redit longa sing. vel masc., ut פָּקְדוּ

visitaverunt, פָּקְדוּ *praefecerunt*, יָכְלוּ *potuerunt*, פְּקָדָהּ *visitavit illa*.

10. Etiam verba accipiunt affixa iisdem fere nominum legibus, haecque praecipua mutatio, quod kametz vel mutant in sceva, vel transponunt, ut פְּקָדוֹ vel פְּקָדָהוּ *visitavit eum*, ה fem. in ת, ut ex פְּקָדָה, fit פְּקָדַתְנִי *illa visitavit me*, terminatio תְּ in תִּי, ut פְּקַדְתִּיהוּ *visitasti illum*, תֶּם in תּוּ, ut פְּקַדְתּוּם *visitavistis eos*, נָה in וּ, ut תַּחְשְׁבוּנִי *reputabunt me*, ה paragogicum in ת, ut בְּקָרְבָתָם *accedentibus ipsis*.

11. In infin. et imp. cholem corripitur in kametz chatuf, et transponitur, ut פָּקְדִי *visitare me*, in futuro vertitur in sceva, ut vertitur tzere in pihel. Quae in infin. habent duplex segol, mutant in duplex sceva. Quiescentia ult. ה illud abjiciunt.

12. Affixa sunt eadem, nisi quod pro י. in praeter. adhibeatur נִי_, in imper. et fut. נִי.., ut פְּקָדַנִי *visitavit me*, יִפְקְדֵנִי *visitabit me*, pro י vel ה in imp. ac fut. הוּ.., נּוּ.., נָּה.., ut יִפְקְדֵהוּ vel יִפְקְדֵנּוּ *visitabit*

eum, et pro ם־, ן־, ם.. et ן.., ut יִפְקְדֵם *visitabit eos*. Quae in vocali longa finiunt, nuda affixa accipiunt, ut פָּקַדְנוּם *visitavimus illos*.

13. Praeter affixa saepe etiam accipiunt in fine litteras paragogicas אהוין eadem fere servata punctorum mutatione.

14. Ut radicem invenias, serviles litteras detrahe. Si tres radicales supersunt, habes radicem verbi. Si binae, et harum prima habeat daghes, nun praepone, raro jod, si posterior illud habeat, eam gemina, si neutra, supple ה in fine vel initio ' vel ו in medio. Si vav praecedat, adde sub initium jod. Si una radicalis supersit, supplendum initio נ, et in fine ה.

SECTIO IX.

DE PARTICULIS.

1. Particulae ב *in*, כ *sicut, secundum*, et ל *ad* praefiguntur cum sceva. Aliquando articulum extrudunt, vel ה infinitivi, saepeque ante monosyllaba et

penacuta accipiunt kametz. Eae una cum מ infinitivo praefixae gerundia verborum efficiunt.

2. Assumunt et suffixa, ut בִּי *in me*, בּוֹ, *in eo*, בָּם vel בָּהֶם *in illis*, כָּכֶם *sicut vos*. Interdum adsciscunt מוֹ vel פִּי, fitque מִמֶּנִּי, כָּמוֹנִי *sicut ego*, כָּמוֹהוּ *sicut ille*, לְפִי vel כְּפִי *juxta*.

3. Articulus ה propriis nominibus non praefigitur, sed denominativa ac loca quaedam illum suscipiunt, ut שֵׁבֶט הַמְנַשֶּׁה *tribus Manassis*, הַגִּלְגָּל *Ghilgal*, הַיַּרְדֵּן *Jordanes*, et ad graviorem quamdam demonstrandi emphasim etiam quaedam constructa, vel affixa, ut הָאֵל בֵּית־אֵל *Deus ille Bethel*. הֲ interrogationi inservit.

4. Copula ו habet sceva, sed ante litteras בומף et alterum sceva amat surek, quod stat pro brevi, unde non legitur sceva sequens. Praeterito praefixum cum sceva illud vertit in futurum, si aliud futurum vel imperativum praecedat, contra futuro praefixum cum patach et da-

ghes in sequenti illud vertit in praeteritum. Vocatur hoc vav conversivum.

5. Paragogicae litterae אהוין nominibus, pronominibus, verbis, adverbiis in fine adduntur, א et ו rarius, ceterae frequentius. ה denotat praeterea etiam motum ad locum, accentu ad penultimam retracto, ac duplici segol in duplex sceva converso, ut אַרְצָה *ad terram*.

6. Ex separatis particulis, vel adverbiis quaedam suffixa non accipiunt, ut אוֹ *aut*, אַךְ *verumtamen*, אֵיךְ *quomodo*, אַל *ne*, אִם *si*, גַּם *etiam*, טֶרֶם *ante*, כַּאֲשֶׁר *sicut*, כִּי *quoniam, quando*, כֵּן vel כֹּה *sic*, לֹא *non*, לָכֵן *ideo*, עַתָּה *nunc*, פֶּן *ne forte*, פֹּה *hic*, רַק *tantum* שָׁם *ibi* etc.

7. Quaedam vero accipiunt, ut אֵינֶנּוּ *non ipse*, אֶצְלִי *apud me*, בֵּינִי *inter me*, הִנֵּנִי *ecce ego*, עִמִּי vel אִתִּי *mecum*, עוֹדֶנּוּ *adhuc ille*. Quaedam amant formam plur., ut אֵלַי *ad me*, אַחֲרֶיךָ *post te*, לְפָנָיו *coram eo*, עָלֵינוּ *super nos*, תַּחְתֵּיכֶם *sub vobis*. Sed haec sufficiant, reliqua ex usu discantur.

LIBRARY OF CONGRESS
0 029 552 126 0